

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 1: De peccatis Caput 7: De ebrietate (6)

Idem (Basilus):

Ebriosus cum se putat bibere bibitur.
Sicut enim piscis cum avidis faucibus properat,
ut glutiat escam et repente hamum intra fauces reperit,

ita ebriosus intus se per vinum suscipit inimicum
qui intra eum morans impellit ad omne opus nefandum.
Et homo rationalis ut irrationale animal fatigatur.

Huiusmodi enim vir, cum se putaverit bibere, bibitur.
Sicut enim piscis, cum avidus faucibus properat,
ut glutiat escam, repente hamum intra fauces repperit hostem,
vel sicut aves cum per escam capiuntur in retibus:
ita ebriosus intra se per vinum suscipit inimicum,
quod intra eum morans inpellit ad omne opus fedissimum.
Homo rationabilis inrationabili animali capitur.

Pseudo-Basilus, *Admonitio ad filium spiritualum*, 14
(P. Lehmann ed., 1955, pp.54-5, ll.20-22, 1-4).